



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Summa Casuum
Conscientiæ, Sive De Instructione Sacerdotum Lib. VII**

**Toledo, Francisco de
Coloniæ Agrippinæ**

63. De inuidia, & quid sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40916

est, nisi sit mista cum contumelijs & infamijs contra proximum vel blasphemijs contra Deum.

Quarta est, scurrilitas, nempe verba vel facta inhonesta, vel ad risum prouocantia. Et hæc, si fiant causa delectationis venereæ, mortale peccatum est; si verò solum ad risum prouocandi veniale graue est.

Vltima est immunditia, qua quis vsq; ad vomitum vescitur, & hæc est veniale: quamuis enim aliquis vsq; ad vomitum vescatur, vel bibat, nisi sequatur aliquod damnum notabile corporis, vel scandalum, non est mortale: immò etiam, quamuis aduertenter hoc faciat, vt euomat, vt Caiet. verb. gula. & Nauarr. cap. 23. num. 127. dicunt, contra Angel. verb. gula, qui contrarium tenet.

De inuidia, & quid sit.

C A P V T LXIII.

Sextum capitale vitium est Inuidia. Hæc autem sic describitur a S. Thom. 2. 2. q. 36. *Tristitia de alieno bono, in quantum proprie excellentie est diminutiuum.* In qua descriptione sunt duæ partes.

Altera est, *tristitia de alieno bono.* Est enim inuidia vitium, quo bonum proximi nobis displicet, & de ipso tristamur, volentes non esse tale bonum: non tamen quæcumque huiusmodi tristitia est inuidia, sed quæ procedit ex hac causa, & moriuo, nimirum, quia nobis videtur per bonum alterius nostram gloriam & excellentiam minui, dum nobis æqualis fit maior per tale bonum: ob id additur posterior illa pars in definitione, *vt proprie excellentie est diminutiuum.* Est enim inuidia inter æquales, vel eos, qui ferè æquales reputantur: ob id dicitur inuidia, quasi non videre: inuidus enim non vult alterius videre bonum, nec ipsum inuidiosum coram se, ne bonum, quod displicet, videat. Aduertendum autem est, quòd multipliciter contingit aliquem tritari de bono alterius.

Primò quidem, quia aliquod malum inde prouenturum putat, vt, qui dolet de electione alicuius in dignitatem, quia sibi mors vel damnum aliquod inde proueniet, & hæc tristitia est affectus, seu effectus timoris.

Secundò, tristari potest aliquis de alterius bono, quia ipse caret

caret

caret eo; vt, quia videt hominem doctum, triftatur de illo bono, non quia in altero fit, fed quia ipfe eo caret: & hæc triftitia eft æmulatio.

Tertio, triftari potefit de bono alterius, quia cum tali bono indignum iudicat; vt, qui triftatur de malorum profperitate temporali, quia indigni funt: & hæc eft indignatio. De quibus vide Arift. 2. Rhetor.

Quarto, potefit triftari, quia malum illi vult: quando enim volumus alicui malum, bonum eius nobis difplicet, & hoc eft odium.

Quinto, potefit triftari de bono alterius, vt propriæ excellentiæ eft diminutiuum: & hæc triftitia inuidia eft, vt diximus.

Sexto, potefit triftari, quia illi maius bonum vult; vt, triftantur boni de bono temporali malorum, quando illis occafionem ad peccatum futuram vident: & hæc triftitia ex charitate eft.

Septimo, potefit efle huiusmodi triftitia ex iuftitia; vt, qui dolet de beneficio collato indigno, quia iniufte datum eft: & hæc ex zelo eft. Cum ergo multis modis accidat triftari de bono alicuius, vno tantum contingit inuidia; ob id in definitione duæ partes politæ funt, prior communis eft alijs præter inuidiam; pofterior autem propria eft ipfius.

Quale peccatum fit triftitia ex timore.

C A P V T LXIV.

Non folum de triftitia, quæ inuidia eft, fed de alijs etiam oportet confiderare, qualiter fe habeant. Illa ergo triftitia de bono alterius, quia inde malum timemus, quod ad timorem pertinet, aliquando eft peccatum, aliquando non: ob id, funt noranda tria dicta.

Primum eft, quando timemus malum iniufte inferendum ab alio, ob bonum ipfi collatum, & nobis certum eft tale malum prouenturum, iufum eft triftari: vt, eligitur in iudicem homo, qui committit iniuftitias multas, & mihi probabile eft commiffurum efle, licet mihi triftari de tali potefitate ei data. Ratio & fignum huius eft, quod fi ego haberem potefitatem priuandi tali potefitate illum, in tali cafu liceret. Licetum ergo eft, triftari de bono alicuius, quo licite poffemus cum priuare,

fi in